Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

dib. inuicte fidi armis instructi fortiter obuiem. Nulla
nobis iam cum hac uita ratio est. quib hic crucifixus est mundo.
quoq; huic mundo crucifixi sumus. Non adhoc patriam dom
parentesq; dimisimus. ut iterum adrequirenda caduca
hui seli gaudia relabamur. Hoc quo tendim pciosum est
et incomparabile. qd utq; hui commertio merito debe
at emi. Non enim tēporale aut transitorium sed eternum.
summa felicitate beatum est. illud qd requirim bonum perfectum
egregatione omium bonorum. qd nullius temporis accessus
imminuat. nulla uicissitudinum permutatio uariet. nullo
terminus claudat. Hec est illa merces incogitabilis. hec illa
remuneratio quam se daturum xpc repromisit in celis. si nom
ei non erubescam confuteri interiris. Erigamus itaq; gloriosi certami
nis trophea. et ea que retro sunt nosmet extendentes. ad esti
natum persequam ad bravium supne uocationis dei. nec est aliqd
qd uertam aut cur uelud segnes et desides subtefugiamus.
Illacriores nos hostis aspiciat. incalescat fides. augescat
predicatio. uerbum di opportune inportune omib ingeram.
Time quidem oportet quo me uocat dns ms ire. ut et diuini
uerbi semina latius proferam. et maior ubiq; xpo dno
populus acquiram. Hac oratione beatissimi sacerdotis. gloriosi
athlete xpi affatim confortati. et ineffabiliter confortati
sunt. adeo ut iam iamq; pro xpo cupient mori occubere.
optarentq; mori uite amore. Valefaciens q illis et ad
uoribus osculis eos confouens. ad fidelissimam di famula
Leonilla sepe fati fausti uiri illustrissimi germana profect
est. que tunc morabat in pdio uiri sui. qd possidebat in
suburbio lingonice urbis. Que illa ut pciosissimam